

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Legenda aurea sanctorum, sive Lombardica historia**

**Jacobus <Genua, Erzbischof>**

**[Lyon], 20. Juli 1486**

Ad vincula sancti Petri cv

[urn:nbn:de:bsz:31-289352](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-289352)

## De sancto Petro ad vincula

**M**achabei fuerunt septē fratres cum matre reuerenda et cleazaro sacerdote. qui pro obseruatione legis cum carne porcinā nolent comedere. inaudita suppliciorū genera perulerunt scdm qd̄ in scdo machabeorū plenius continetur. Et norandū q̄ ecclesia orientalis facit festa de sanctis vtriusq; testamēti. occidentalis aut̄ nō facit festa de sanctis veteris testamēti. eo q̄ ad inferos descenderūt. pr̄ter q̄ de innocentibus. ex eo q̄ in ipsis singulis occisus est christus: et de machabeis Sunt aut̄ quatuor rationes quare ecclesia de istis machabeis licet ad inferos descenderint solemnizat. Prima est p̄pter prerogatiuā martirij. Quia em̄ inaudita supplicia inter sanctos veteris testamēti passi sunt. ideo priuilegiati sūt vt eorū passio merito celebretur. Hec ratio ponit̄ in historia scolastica. Scda est propter representationē misterij Septenarius em̄ numerus est numerus vniuersitatis. Significant ergo in istis oēs patres veteris testamenti celebritate digni Nam licet de ipsis nō solemnizat ecclesia. tum quia ad limbum descenderunt. tum quia multitudo multorum nouorum subintravit. in his tamen septem impendit omnibus reuerentiam. quia per septem vt dictū est vniuersitas designatur. Tercia est propter exemplū patiendi. p̄ponunt em̄ in exemplū fidelibus vt scdm horū constantiā ad zelū fidei animentur et ad patiendū pro lege euangelij sicut illi pro lege moysi fortius accingant. Quarta est propter causam supplicij. Nam pro defensione legis sue talia supplicia passi sunt. sicut et xp̄iani p̄ defensione legis euangelice patiuntur. Has tres vltimas rōnes assignat magister iohānes belet̄ i summa de officijs. c. v.

### Ad vincula sancti petri c̄v A

**E**st tum sancti petri apostoli qd̄ ad vincula dicit̄ quadruplici de causa institutū fuisse putatur. scz̄ in memoriā liberationis petri. in memoriā liberationis alexātri. pro destruendo ritu gentiliū. et pro impetrāda absolutione spiritaliū vinculoꝝ. Prima ergo causa est in memoriā liberationis petri. Nam sicut dicit̄ in historia scolastica herodes agrippa romā adijt. et ibi gaio nepoti tiberij cesaris familiarissimus extitit. Quadam aut̄ die cū esset herodes in curru cum gaio leuatis in celum manibus ait. Utinā viderē mortē senis. et te dñm totius orbis. Sed hoc auriga herodis audiuit. et tiberio continuo intimauit. Quapropter indignatus tiberius cesar herodē reclusit. Ubi dum quadam die iuxta arborem innixus esset cuius frondib⁹ insidebat bubo. vn⁹ de cōcaptiuis



peritus in augurijs dixit ei. Noli timere quia cito liberaberis. et in tantum sublimaueris q̄ amicos tuos in tui mundiā cōcitaris. et in hac prosperitate morieris. Quācito aut̄ huius generis animal sup te videris ultra quintū diem viuere non valebis. Post aliquod tēpus tiberius morif et gaius in imperiū sublimat. qui quidē herodē de vinculis liberavit et magnifice sublimatū regē in iudeam misit. Cūq; venisset misit manus vt affligeret quosdam de ecclesia. Dicit̄ aut̄ iacobo fratre iohannis gladio ab eodē ante dies azimoz vidēs quia hoc gratum esset iudeis in diebus azimoz petrū apprehēdit. et in carcerē misit. volēs post pascha p̄ducere eum pp̄lo. Angelus aut̄ nocte eidem assistens mirabiliter eū vinculoꝝ nexib⁹ liberavit. et ad ministeriū p̄dicationis liberū ire iussit. facinus aut̄ regis dilationē non patif vltionis. Sequenti vō die custodes ad se venire fecit vt pro fuga petri diris eos penis afficeret. Hoc tñ impeditus est facere. ne solutio petri alicui noceret. Nā concitus in cesaream descendit. et ibi percussus ab angelo expirauit. Et em̄ sicut refert iosephus in .xix. antiquitatum libro cum cesareā aduenisset. et ad eum torius pro uincie viri vnanimiter puenissent. ille fulgenti veste et auro argentoq; mirabiliter cōtexa indutus incipiente die p̄cedit ad theatrum. Ubi cū primū solis radios vestis argentea suscepit. repulso splendore duplicatā spectantibus lucē fulgur metalli vibrantis effudit. vt intuentibus p̄stringeret acie serro: aspectus et p̄ hoc plus aliqd̄ de eo q̄ humane

## De sancto Petro ad vincula

nature est artifex arrogaria metref. Illico adulatis vulgi concrepant voces dicentis. Hucusque ut hominem te tenuimus. sed ex hoc iam supra humana naturam te esse fatemur. Et dum adulator: ijs demulcere tur honoribus. et oblatos sibi diuinos honores non respiceret respiciens vidit incidentem super funiculum capiti suo angelum. id est. bubonem mortis eius. prime nuncium respiciensque ad populum dicit. En ego deus vester morior. Sciebat enim iuxta predicationem auguris se infra v. dies moriturum. Et continuo percussus per v. dies verbis cum corroditibus expirauit. Hec iosephus. In memoriam igitur tam mire liberationis principis apostolorum a vinculis. et tam dire vindicte in tyrannum pertinens subsecute ecclesia festum sancti petri ad vincula solemnizat. Unde et epistola in missa canitur in qua hec liberatio facta fuisse prohibetur. et secundum hoc videtur quod hoc festum deberet vocari petri a vinculis. **¶** Secunda causa institutionis extitit. Quia alexander papa qui sextus post beatum petrum rexit ecclesiam. et hermes prefectus vrbis rome qui per alexandrum ad fidem conuersus fuerat. a quirino tribuno in diuersis locis in custodia tenebantur. Dixitque tribunus ad hermes prefectum. miro te virum prudentem honorem dimittere prefecture. et vitam aliam somnare. Quibus hermes dixit. Et ego ante hos annos hec omnia deridebam. et hanc vitam solam esse putabam. Respondit quirinus. fac ergo probare me quod aliam vitam non ueris esse. et continuo fidei tue discipulum me habebis. Cui hermes dixit. Sanctus alexander quem tenes in vinculis. ipse hoc melius te docebit. Tunc quirinus maledicens. hermem ait. Ego tibi dixi ut me probare faceres hoc et nunc me mittis ad alexandrum quem pro suis sceleribus teneo vincularum. Verumtamen super te et alexandrum custodiam duplicabo. et si ipsum tecum vel te cum ipso inuenire poteris. vere fidem tuam et eius dictis vel sermonibus adhibeo. fecit quod dixit. Et alexandro hoc hermes pertinens indicauit. Orate igitur sancto alexandro angelus ad eum venit. et ipsum ad hermem in carcerem duxit. Et inueniens eos quirinus in simul plurimum admiratus est. Et cum hermes quirino narraret quomodo alexander filium suum mortuum suscitasset. dixit alexandro quirinus. Habeo filiam gutturosam nomine balbinam. Promitto igitur me tuas recipere fidei si filie mee impetrare poteris salutem. Cui alexander. Uade citius et ipsam ad carcerem meum adducito. Cui dixit quirinus. Cum his sis quomodo in carcere tuo te poteris inuenire? Ad quem alexander. Uade cito. quia qui me huc adduxit ille me illuc cito reducet. Pergens igitur quirinus filiam suam ad

carcerem alexandri adduxit. et ibidem ipsum inueniens ad pedes suos se prostravit. Tunc filia eius cepit vincula sancti alexandri deuote osculari ut sanitatem reciperet. Cui alexander dixit. Noli filia has meas osculari catenas. sed uias sancti petri diligenter inquire quas deuote osculas recipies sanitatem. Quirinus igitur in carcere ubi petrus detentus fuerat diligenter uias inquire fecit. easque cum inuenisset filie sue osculandas dedit. Illa mox ut osculata est vincula. sanitatis est integre beneficium assecuta. Tunc quirinus veniam petens alexandrum de carcere extraxit. et ipse cum familia et alijs quam pluribus baptisma suscepit. Tunc sanctus alexander hoc festum in kalendis augusti celebrandum instituit. et in honorem apostoli petri ecclesiam fabricauit. ubi vincula reposuit et ad vincula nominauit. In hac solemnitate ad predictam ecclesiam magnus fit concursus populi. et ibidem populus vincula osculatur. **¶** Tercia causa institutionis secundum bedam hec est. Octavianus imperator et anthonius sibi inuicem affinitate coniuncti. sic inter se mundi totius imperium diuiserunt. ut octavianus in occidente ytaliam galliam et hispaniam. anthonius uero in oriente asiam pontum et affricam possideret. Anthonius autem lasciuus et lubricus cum sorore octauiani in uxorem haberet ipsam repudiavit. et cleopatram reginam egypti in uxorem accepit. Ob hoc indignatus octavianus manu armata in asiam contra anthonium pedit. et ipsum in omnibus superauit. Tunc anthonius et cleopatra victi fugerunt. ac semetipsos pro dolore nimio occiderunt. Egypti igitur regnum octavianus destruxit. et romanam prouinciam fecit. Inde in alexandriam pergit et omnibus eam diuitijs spoliatis romam ipsas traiecit. Unde rempublicam auxit. ita quod pro vno denario daret quod prius pro quatuor vendebat. Et quia ciuilia bella valde vrbem vastauerant ita eam renouauit ut dixerit Inueni latericium relinquo marmoream. Quia igitur in terram rempublicam auxit augustus primo omnino vocatus est. Unde et ab eo augusti dicti sunt qui sibi in imperio successerunt. sicut a iulio cesare eius auunculo cesares appellati. Unde et hunc mensem augustum qui prius sextilis dicebatur. quia a marcio sexto erat. populus suo nomine inuitauit eum augustum vocans. In memoriam itaque et honorem victoriae illius quam prima die augusti octavianus habuit omnes romani hac die solemnizabant usque ad tempus theodosij imperatoris qui cepit regnare anno domini. cccc. xxvi. Eudo: ita igitur filia predicti theodosij imperatoris uxor valentiniani hierosolimam ex voto pergit. Ubi quidam iudeus pro magno munere duas ei catenas obtulit quibus sub herode petrus apostolus vincus fuit. Cum igitur romam redisset in kalendis

## De sancto Petro ad vincula

augusti. et honore impatoris gentilis romanos fo  
lemnizare videret dolens quod dānato homini tantus  
honor exhiberet. cogitāsq; quod non eos de facili a tali  
cultura et cōsuetudine reuocare posset cogitando  
tractauit. vt obseruantia quidē sic staret. sed in ho  
nore sancti petri fieret. et illū diem vniuersus po  
pulus ad vincula noiaret. Habita igit collatione  
cū beato pelagio papa. pplm blandis exortatio  
nibus induxerunt. vt obliuioni tradere memoria  
principis paganorū et celebris fieret memoria prin  
cipis apostolorū. Quōd dū cunctis placuisset illa ca  
thenas quas de hierusalē attulerat. protulit et po  
pulo ostēdit. Papa vō et illā cathenā protulit qua  
sub nerone idē apłs vincit<sup>9</sup> fuit hac ergo illis socia  
ta ita miraculose vna cathena facta est. ac si semp  
vna et eadē exiitisset. Unde papa et regina proti  
nus statuerūt. vt quōd hominū indiscreta religio fa  
ciebat gentili damnato in melius mutata faceret  
apłorū principi petro. Ip̄a igit vincula papa cū re  
gina in ecclia sancti petri ad vincula posuit. et ip̄as  
muneribus multis et priuilegijs magnis donauit  
ac predictā diez vbiq; celebrem fore instituit. Hec  
beda. Idem dicit sigibertus. **Q**uante autē virtu  
tis hec cathena fuit anno dñi. cccc. lxxiij. apparuit.  
quēdāz ei comitē impatoris ortonis p̄p̄inquū dya  
bolus ante oculos oīm tam crudeliter arripuit. vt  
seipm dēribus laceraret. Tunc iussu impatoris ad  
iobānez papā duxit vt cathena sancti petri ei<sup>9</sup> col  
lo circūdaret. Sed cū quedā alia cathena furētis  
collo fuisset imposita. et nichil ex hac prouenisset  
salutis. nimirū vbi nil latebat virtutis. tandē vera  
petri cathena. p̄ducitur et furētis collo imponit  
Tante autē virtutis pondus dyabolus ferre nō po  
tuit: sed mox coram omnibus exclamans abscessit.  
Tunc theodoricus metensis ep̄s ipsam cathenam  
arripuit. et eam se nullatenus dimissurū nisi ma  
nus sibi p̄cederet asserruit. Cum igit super hoc  
inter ep̄m et papā aliosq; clericos grauis oriretur  
contentio. impator tandē ip̄m litigium sedauit. et  
ep̄o ex ip̄a cathena a papa anulū impetrauit. Nar  
rat miletus in cronica et idē habetur in historia tri  
partita. quod his diebus apud pyrum diaco ingens  
appuit. in cuius ore donatus ep̄s virtute insignis  
expuens mor eū occidit. prius tñ ante eius faciem  
digitis crucem designans et eidē ostendens. Quē  
vir. viij. iuga bouum ne eius putredine aer inficere  
tur ad locū incendij trahere potuerunt. Idē quoq;  
ait ibidē. et in eadē tripartita historia habetur. quod in  
creta dyabolus in specie moysi se posuit. Qui iude  
os vndecunq; cōgregans sup magnū montis pre

cipitiū iuxta mare eos duxit. Quos dū ad terram  
p̄missionis sicco pede se p̄eunte ducere pollice  
innumeros enecauit. Unde credid quod dyabolus in  
dignatus. quod occasione iudei qui regine cathenam  
dederant plausus octauiani cessauit. de his se tali  
ter vindicauit. Multi autē ex his qui euaserunt ad  
baptismi gratiā cōuolarūt. Cū em̄ mons ipse dedi  
uis incumberet. et illi sese euoluerent. priores tax  
acutis rupibus lacerati q̄ in mare p̄focati mor  
tū sunt. Cūq; reliqui idē facere vellent. et de  
prioribus quid eis acciderit ignorarent. quidā pi  
scatores inde trāsēūtes malū quod acciderat nar  
rauerunt eisdem. et sic illi conuersi sunt. Hec in hi  
storia tripartita. **Q**uarta causa institutionis  
hic assignari potest. Dñs em̄ a vinculis petri mi  
raculose absoluit. et eidē ligandi et absoluendi po  
testatē dedit. Nos autē vinculis peccatorū obligari  
tenemur et absolui indigem<sup>9</sup>. Ideo igit ip̄m in so  
lennitate quod dicit ad vincula hoīorū<sup>9</sup>. vt sicut ip̄e  
a vinculis absolui p̄meruit. et sicut absoluendi a  
dño potestatē accepit. sit et ip̄e a peccatorū vincu  
lis nos absoluat. Hanc vltimā institutionis causā  
nōnulla exiitisse quod de facili p̄pendere pōt. si vide  
at quod absolutionē a vinculis in apłm factā epla cō  
memorat. absolue di potestatē sibi cōcessas euāge  
lista recitat absolutionē ab ip̄o nobis fiendā bo  
dierna oratio postulat. Quōd autē p̄ clauēs quas ac  
cepit inter dū etiā dānandos absoluat i quodā mi  
raculo quod legit in libro miraculorū b̄tē virginis sa  
tis clarer. Ap̄d nancq; coloniā vrbē in monasterio  
sancti petri erat quōdā monachus leuis lubricus.  
et lasciuus. hic dū subita morte fuisset p̄uentus de  
mones ip̄m accusabant et qliber peccatorū genera  
cōtra ip̄m clamabāt. Unū dicebat. Ego sum cupē  
ditas tua qua cōtra dei p̄cepta tā frequēter cupisti  
Aliud clamabat. Ego sum vana glia qua te apud  
hoīes iactanter exaltasti. Aliud ait ego sum men  
datiū in quo mentiendo peccasti. Et cetera similit.  
Ecōtra quedā bona opa quod fecerat ip̄m excusabāt  
dicētia. Ego sum obediētia quā seniorib<sup>9</sup> sp̄ualib<sup>9</sup>  
exhibuisti. Ego sum psalmozū cātus. quē frequen  
ter deo cōcinnisti. Sc̄tus autē petrus cui<sup>9</sup> erat mona  
chus p̄ ip̄o de p̄caturus deū adiit. Cui r̄ndit dñs.  
Nūquid nō p̄pheta me inspirante dixit. Dñe quis  
habitabit in tabernaculo tuo. aut quōs re. i. mon. et.  
Qui ingredis sine macula et. Quomodo hic potest  
saluus esse cū nec sine macula sit ingressus nec sit  
iustitiā opatus? Rogāte igit p̄ eo petro cū virgine  
marre de hanc dñs sentētiā protulit. vt ad corpus  
rediret. et ibi penā ageret. Tūc cōfestim petras

# De sancto Stephano

clavi quam manu tenebat dyabolus terruit et in fugam cōuertit. Animā vero ei⁹ in manu cuiusdam qui in predicto monasterio monachus fuerat tradidit. et vt ad corpus ipam reduceret p̄cepit. Qui ab eo p̄ mercede reductionis poposcit. vt singulis diebus psalmū. miserere mei deus diceret. ⁊ sepul turā eius sepe scobis mundares. Ipseq; de morte rediens q̄ sibi contigerāt omnibus enarrauit.

## De sc̄to stephano papa. cvi. A



**S**tephanus papa cū multis gentiliū verbo et exemplo conuertisset. et multa corpora sanctorū martirū sepellit⁹ a valeriano et galieno āno dñi. cclx. summo studio p̄quirif. vt euz et clericos aut sacrificare cogere aut supplicijs diuersis punirent. Dederūtq; edictū vt q̄cuq; eos p̄deret totā eoz substātiā possideret Quapropter x. de eius clericis statim cōprehensi sunt et sine audientia decollati. Sequēti die stephanus papa cōprehēdit. ⁊ ad tēpluz martis ducit. vt ibi aut ydolum adoraret. aut capitalē sententiā subiret S; cū tēplū ingressus fuisset. et deum vt ipm tēplum destrueret exorasset. statim magna pars tēpli corruit. ⁊ omnis multitudo pre nimio timore aufugit Ipse vero ad cimiteriū sancte lucie p̄xit. Qd̄ audiens valerianus milites plures priorib⁹ ad eū misit Qui vementes eum missam celebrantē inuenerūt et stantē intrepidū ac incepta deuote perficientes in sua sede decollauerunt.

## De inuentione sancti stephani protomartiris cvi. A



**I**n uentio corporis protomartiris stephani anno dñi. cccxvij. honozij p̄ncipis āno. vij. facta fuisse narraf. Repitur aut̄ ei⁹ inuētio trāslatio. et cōiunctio. Inuētio ipius hoc ordine facta fuit. Nā cū quidā presbiter noie lucianus in territorio hierosolimitano. quē genadius inter illustres viros p̄memorat. ⁊ hec scripsit feria. vi. in stratu suo quiesceret et bñ vigilaret. quidā vir senex ⁊ statu p̄cerus. vultu decorus. barba plixa. pallio cādido amictus. cui gēmule auree et cruce inerant kōtēte. calciatus caligis in superficie deauratis eidē appuit. Qui manu aureā virgā tenēs tetigit cū dicens. Sūma cū diligētia n̄ros patefacito tumulos q; indecēter despecto loco recōditi sum⁹. vade igif ⁊ dic iobāni ep̄o hierosolimitano vt nos in honorabili loco reponat. q; cū siccitas et tribulatio mūdū cōcufferit n̄roz suffragijs de mūdo p̄piciari decreuit. Cui lucianus p̄sbiter dixit. Dñe q̄s es? Ego sum inquit gamaliel qui paulū ap̄lm enutriui. et ad pedes meos legē p̄docui. Qui aut̄ me cū iacer sc̄tus est stephanus q̄ a iudeis lapidat⁹ extra ciuitatē picatus est. vt a feris ⁊ auibus deuoraret. S; hoc oīno ille. phibuit cui idē martir ille sam fidē seruauit. Eo aut̄ ipm cū reuerētia multa collegi. et i meo nouo tumulo sepeliui. Alius aut̄ q̄ me cū iacer est nichodemus nepos meus q̄ nocte i bñ adijt. et a petro et iobe sacrum baptisma suscepit. Quapropter idignati in eū p̄ncipes sacerdotū eū occidissent. nisi ob n̄ri reuerētiā destitissent. Verū tñ oēm substātiā eius diripuerūt. et a principatu

pi